

Plaza in epitome delictorum lib. 1. c. 15. nu. 4. Menochius de arbitrio casu 352. num. 9. & plures referens Farinacius, quest. 124. n. 50. & sequentibus, ubi numer. 93. ampliat dictam resolutionem in mandatario, qui non punitur ex sola susceptione mandati, delicto non sequuto, & num. 95. limitat, praterquam si lex vel statutum habeat mandatum pro delicto perfecto.

Quae autem delicta dicantur gravia, quae atrocitas, quae levia: vide Doctores in l. Prator, §. Prator, ff. de iniuriis, & in cap. sedes de rescriptis, & in cap. de Clericis, de iudicio. Clarum in practica, §. 1. versic. Sunt etiam, Menochius de arbitrio casu 266. Farinacium latissime quest. 18. ex n. 61. ubi materiam explicat per conclusiones.

43 Ad num. 42. ibi: Et resolutio dicitur, &c. In illicitis mandatum non excusat mandatarium non subiectum mandanti: in prohibitis non simpliciter, sed mandanti, ut edificare in alieno, & similia facere, si mandatarius bona fide operetur, excusatur: sed si mandatur aliquid prohibitum, & mandatarius est persona subiecta mandanti, ut filius, servus, exor, famulus, pupillus, vel adultus, qui subest potestati tutoris seu curatoris, mandatum exequens excusatur a poena ordinaria, non ab extraordinaria, in levisibus vero bene excusatur; ita resolvit Gomezius in presenti, & docent latissime Carterius in practica, in 3. tractatu de homicidio, §. sequitur ex quibus causis excusatur mandatarius, ex num. 1. Plaza in epitome delictorum, c. 15. ex num. 23. Bossius in tit. de mandat. ad homicidium, num. 12. Clarus in §. fin. q. 60. num. 22. Menochius de arbitrio casu 354. n. 35. & seq. casu 343. n. 11. & casu 194. n. 15. Tiraq. de penis temper. casu 34. Salgad. de revent. Bullar. 1. parte, c. 3. num. 21. ubi plures refert ad illam quaestionem, an sit obediendum in illicitis, vel iniustis? Tuschus litter. L. conclus. 2. ubi de laboratoribus operantibus in alieno de mandato alterius, bona fide de quo etiam Afflicti decisi. 217. Iterum Menochius de reinenda poss. remedio 3. num. 214. Barbosa alios referens in collectan. cap. 2. de ordine cognitionum, num. 7. ubi quod si scienter laboraverint in re aliena, turbare dicuntur, & in cap. 15. de restitu. spoliator. ubi quando praesumatur mandatum in servo, famulo, &c. iterum Tuschus litter. M. conclus. 70. per totam. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 3. late explicans, & ut in uno multos tibi referam, videas omnino Farinacium q. 79. per totam: ubi de mandato Principis, Iudicis, Superioris, Patris, Mariti, Domini, & caetera omnia ad hanc materiam pertinentia cumulat per casus, cum omnino videas; & n. 131. & seq. usque ad 140. ubi de laboratoribus operantibus de mandato alterius in alieno fundo; & q. 91. n. 6.

44 Ad num. 43. ibi: Item adde quod necdum mandator, &c. Qui persuadet, vel consulit delictum quod tenetur sequuto effectu, ut hic resolvitur, docent late explicantes, Bossius in practica, in tit. mandato ad homicidium, n. 9. Boerius decisi. 262. n. 5. Bernardus Diaz in regula 175. Pichardus in §. intermedium, in §. de obligationibus qua ex delicto nascuntur; & in §. non solum Insuper de iniuriis, Tuschus litter. C. conclus. 762. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 2. ubi optime distinguit, & declarat, quando ex consilio incurritur irregularitas? Lellius de iustitia, lib. 2. cap. 15. & dicitur. 2. & 3. ex n. 15. & alios referens; & optime declarat, Aegidius Trullenc, in Decalogum, lib. 7. cap. 13. dub. 2. §. 1. &

ante omnes Farinacius quest. 129. ex n. 1. usque ad num. 21. ubi declarat quibus modis dicatur dari consilium, & n. 23. usque ad n. 106. ubi de consiliente aliis facturo, quem allegare sufficiebat, quia fuisse materia tractata, vide etiam Azevedum in l. 2. tit. 13. l. 8. n. 2. ubi de laudante maleficiu committendi, Dianam resol. 64. tract. 4. to. 5. ubi de restitutione si non certioravit offendendum, Sayrum de censuris, l. 7. c. 3. per totum, & iterum Farinacium consil. 104. in addi. litt. A. Gratianum regul. 224.

45 Ad num. 44. ibi: Adde tamen quod licet, &c. Licet mandans, revocatione intimata mandatario, excusetur; consulens tamen revocato consilio non excusatur, sed debet impedire effectum vel denuntiare ei in cuius persona committendum erat delictum, ita Gomezius in presenti, & docent late explicantes Carterius in practica, in 3. tract. de homicidio, §. circa quarum primò excusatur consulens, ex n. 3. Menoch. de arbitrio casu 351. n. 8. Boss. in tit. de mandat. ad homicidium, num. 59. Bayard ad Clar. q. 38. n. 4. Plaza in epitome delictorum, lib. 1. cap. 17. n. 9. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 2. n. 8. ubi num. 9. quid si aliquis consilium dedit, nec tunc persuadere potuit, post tamen is cui datum est consilium, eo pernotus delictum committat, an teneatur? & an teneri in defectum executorii; contra Carrer. Lellius etiam de iustitia, lib. 2. c. 13. dubi. ex num. 15. ubi etiam de irregularitate, & bene explicans Aegidius Trull. in Decalogum, lib. 7. cap. 13. dubio 2. §. 1. num. 3. & optime Farinacius quaestione 129. ex n. 96. ubi n. 91. ampliat sufficere tacitam revocationem per pacem, vel parentalem contractam cum inimico, & n. 92. explicat eum poeniat, & alios, quod requiritur, ut consilens non puniatur, quod sit certus quod alter non committit delictum; & si non sit certus, debet denuntiare illi in cuius necem consilium praebuit; non tamen declarare personam per quam committendum erat delictum, ex Bayardo ad Clarum dista q. 88. n. 4. & alii contra asserentes requirit quod nominetur persona Sayrus in clavi Regia, lib. 10. tract. 2. c. 8. n. 8. & in tractatu de Censuris omnino videndus l. 7. c. 2. per totum, ubi de consilio ad homicidium, & quando ex eo incurritur irregularitas; Suarez eadem tract. de censuris, disp. 44. sectio. 3. ex n. 10. quem etiam omnino videas, & iterum Farinac. consil. 102. litt. H. & Dianam tom. 5. tract. 4. resol. 64. ubi quid si non certioravit offendendum.

46 Ad n. 45. ibi: Sed tacite, & per consequens, &c. Et mandato tacito (ut si aliquis accipiat injuriam, vel praecedente rixa cum alio dixit servo, famulo, vel amico, vade, & non revertaris donec aliquid novi sentiam) in hoc casu quod quis teneatur, licet non poena ordinaria, nec in plus, quam polebat injuria, vel offensa accepta per tacite mandantem, ut hic resolvitur. docent Carterius in 3. tract. de homicidio, §. circa secundum, vide licet de mandante: n. 4. Bossius tit. de mandato ad homicidium, ex num. 48. Antonius Gabriel, lib. 7. conel. 2. n. 45. Plaza in epitome delictorum, lib. 1. c. 14. n. 5. & c. 15. n. 4. Clar. in §. fin. q. 89. versic. Sed hic incidenter quarto, Gratian. reg. 307. Cevalq. 642. n. 3. & late, & optime explicans Farin. q. 40. n. 15. & 134. ex n. 41. ubi n. 50. & 51. quod dans tale mandatum praesumptum tantum tenetur, pro offensa facta a mandatario quatenus correspondet injuri sibi illata; & hac bene declarat, & n. 56. & seq. late agit de secreta allocatione ad aures, & quod lex ea praesumitur mandatum, & proedi possit ad torturam, eum vide ibi; & n. 67. & 69. ubi

ubi de pluribus modis mandati praesumpti, ut de filio, servo, famulo, consanguineo, seu amico occidente, seu vulnerante inimicum patris, domini, consanguinei, amici, &c. vide etiam eum in consil. 60. in additione, litt. L. & consil. 61. n. 21. & consil. 81. & alios referentem D. Larream decisi. 55. n. 21. & Noguerol allegat. 12. ex n. 165.

47 Ad num. 46. ibi: Item etiam adde, &c. Quod mandatum praesumatur, ex secreta allocatione ad aures post rixam, vide dicta supra, n. praeced. & Farin. consil. 100. n. 37. & consil. 102. n. 24.

48 Ad num. 47. ibi: In quo breviter dico quod non tenetur, &c. Quod si aliquis habuit rixam cum aliquo, & postea consanguinei, famuli, vel amici occiderunt illum, non teneatur, nisi hoc sciverit, & potens prohibere non prohibuit, ut hic resolvitur docent, Plaza in epitome delictorum, cap. 14. n. 2. lib. 1. late Menoch. de praesumptis, l. 5. praesumpt. 27. ex n. 1. & de ar. tr. casu 471. Decian. li. 9. c. 34. n. 21. Mascard. de probatione, conel. 1003. n. 36. & conel. 1012. n. 2. & conel. 1300. ex n. 1. Barbof. in collect. c. 17. de homicidio, n. 4. & in c. 33. de simon. & in c. cast. totis, de testib. n. 3. & bene declarat Molin. de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 4. num. 10. ubi quod nec irregularitatem incurrit, & latissime explicans Farinacius quest. 134. ex n. 137. ubi ampliat, limitat, & declarat iterum Barbof. in collectan. cap. 15. de restitu. spoliatorum, num. 3. & seq. post Bernardum Diaz in regula 153. & alios, vide late Gutierrez lib. 2. Canoniarum, cap. 6. ex num. 7.

Circa irregularitatem autem in hoc casu advenit Barbofa cum aliis in collect. c. 17. de homicidio, non cenferi homicidium nec irregularem illum, cuius occasione, eo tamen prohibente, & causam non dante, homicidium committitur ab amicis seu consanguineis, irregularitatem tamen incurtere, qui dedit causam rixae, si ejus amici famuli, vel consanguinei alterum cum eo pugnantem occiderint, etiam praeter ejus voluntatem, & contra ejus prohibitionem, ex Covar. in Clementina, si furiosus, 2. part. §. 2. n. 8. ex aliis ibi relatis, vide Gutierrez supra.

49 Ad numerum 48. ibi: In quo articulo resolutio dicitur, &c. Auxilium praestans ante delictum, eadem poena puniri debet ac delinquens: ita resolvit Gomezius, & docent Plaza in epitome delictorum, lib. 1. cap. 16. num. 2. Clarus in practica, §. final. quest. 50. n. 1. in fine, Menochius de arbitrio casu 349. c. 1. n. 1. Mascardus de probationibus, conel. 159. n. 26. & bene explicans Molina de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 6. ex num. 4. Barbofa in collect. cap. Sicur dignum, de homicidio, n. 24. Covarr. in Clementina, si furiosus, part. 1. §. 2. ex num. 2. Sayrus de Censuris, lib. 7. cap. 4. n. 9. ubi de irregularitate: Aegidius Trullenc. in Decalogum, lib. 7. cap. 13. dubi. n. 4. & Farinacius latissime amplians, limitans, & declarat in quaestione 130. ex num. 1. ubi num. 7. limitat dictam resolutionem ut procedat, quando committit arma, ferramenta, equum, vel alia commoverit; & numer. 49. & seqq. declarat, quando dicatur datum auxilium, per autem remotum vel proximum, eum omnino videas; Pradilla in lege penali, 2. part. cap. 28. §. 20.

50 Et num. 49. ibi: Quando quis praestet auxilium in ipso delicto, &c. Auxilium praestantem in ipso delicto, tanquam principalem puniri poena ordinaria, ut hic resolvitur; docent Plaza in epitome delictorum, lib. 1.

cap. 17. num. 20. Clarus in §. fin. quest. 90. ex num. 1. Menochius de arbitrio casu 249. num. 7. Mascardus de probationibus, conel. 159. num. 18. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 33. memb. 7. ubi etiam de irregularitate, optime Sayrus in tractatu de censuris, lib. 7. cap. 4. num. 9. ubi ait quod qui tradit gladium alicui sciens occisurum alium, erit irregularis, secus autem si nesciat etiam si occidat, quia tunc intelligitur causa remota, Suarez de censuris, disput. 44. sect. 3. ex num. 31. Barbofa in Collect. cap. Sicur dignum, de homicidio, num. 14. & latissime explicans Farinacius quest. 131. ex num. 1. ubi ampliat, limitat, & declarat; & in dict. num. 1. cum aliis ait, quod quando auxilium fuit praestitum accedente consensu, vel scientia ipsius auxiliatoris, ipse auxiliator punitur eadem poena quae principalis; & num. 8. ampliat etiam si auxilium praestetur verbis, licet non factum; & quid si auxilium praestetur ei, qui aliis erat facturus: disputat late ipse Farinacius quest. 129. ex n. 125. vide eum quia fuisse explicat praesentem resolutionem per totam dist. quest. 131. ubi etiam num. 28. de eo qui casu, aut ignoranter alitrix rixae, nullo praecedente tractatu.

Ibi: Adde etiam tamen, &c. Et ibi: Unde dico, &c. tenet, &c. Eadem poena puniendum auxiliatorem & principalem, quando auxilium praestitit per actum proximum, secus si per actum remotum, & explicat late Plaza in epitome delictorum, lib. 1. cap. 16. numer. 2. Clarus in §. fin. quest. 90. Menochius de arbitrio casu 349. ex num. 5. Mascard. conel. 159. numer. 19.

Sed pro contraria opinione, imò quod non sit distinguendum an actus fuerit proximus vel remotus, sed an fuerit causa homicidii vel non, vel influat in illud? plures refert Farinacius eo sequens quest. 130. num. 48. ubi numeris sequentibus late explicat, & concludit, quod tunc demum auxilians tenetur eadem poena qua principalis, quando cum auxilio dedit causam delicto; vel quando sine auxilio, quis non potuisset committere delictum, eum vide.

Ad num. 50. ibi: Quando quis praestet opem vel auxilium post delictum commissum, &c.

51 Et ibi: Poenitentiam tamen dubium est, &c. Quod auxilium praestans post delictum commissum, vel receptans delinquentem scienter, & tenetur, licet non poena ordinaria, sed mitiori, & extraordinaria, praeterquam si praecessit tractatus, & promissio illius auxiliii, quia tunc eadem poena punitur: ita resolvit Gomezius hic, & docent late Clarus in §. fin. quest. 90. ex n. 2. Menochius de arbitrio casu 348. & 349. n. 21. Mascardus de Probationibus, conel. 159. n. 23. Carterius in practica 3. tractatu de homicidio, §. Post vero malefictum, ex n. 1. Avendañus c. 7. Prator, 2. part. n. 10. Plaza in epitome delictorum, lib. 1. c. 16. n. 5. Bañardus ad Carum dist. quest. 50. num. 52. qui omnes etiam agunt de receptoribus, & praeter eos Gregorius in l. 18. tit. 14. part. 7. gloss. 13. & 14. Avendañus in capitibus Pratorum, 2. part. dist. cap. 7. Bossius in practica, cap. De rapinis, ex num. 15. Aviles cap. 1. Pratorum, verb. Dereceptorum, n. 10. & c. 27. verb. Fortalegas, & c. 44. verb. Amistad. Surtus de Aliment. tit. 8. privileg. 78. & 50. Gutierrez consil. 36. ex num. 23. Bobadilla in Politica, l. 2. cap. 13. Pichardus in manducal, 3. part. §. 4. n. 109. Pradilla de lege poenali, 2. part. cap. 28. & vide consil. 59. post opera Roderici Suarez & Farinacius tom. 1. quest. 30. ex



num. 98. & quæst. 112. ex n. 92. & quæst. 113. ex num. 259 & quæst. 133. per totam, qui latissimè omnes difficultates prosequitur ubi num. 1. in dist. quæst. 113. plures Doctores congerit asserentes eadem pena puniri receptatorem; & num. 4. eos componit cum contrariis; & num. 32. & sequentibus latè agit de confanguineo seu amico receptante; & num. 75. & subsequentibus, de receptante fures & latrones, eum vide ibi: & in consil. 37. num. 15. vide etiam Scacciam de iudiciis, l. 2. c. 9. num. 1031. & seqq.

52 Ad numerum 51. ibi: In quo notabili articulo: &c.

Homicidam non posse succedere occiso, ex testamento, nec ab intestato, & quòd hæreditas applicatur filico præterquam si tantum vulneravit, & tempus adfuit mutandi testamentum, vel faciendi de novo, quia tunc non privatur hæreditate, ita Gomezius in præfenti, & docent Plaza in epitome delict. l. 1. c. 10. num. 22. Clarus in §. homicid. num. 17. Decianus l. 9. c. 16. ex n. 16. Caldas in l. si curatorem, §. sua facilitate, ex n. 16. Molina de iustitia, tom. 1. disp. 178. & alii plures in unam congesi à Farinacio q. 113. n. 268. & q. 120. ex n. 23. ubi n. 36. cum communi docet, quòd hoc casu non privatur hæreditate homicida ipso jure sed hæreditas potest ab eo auferri per filicum, & antequam filicus auferat, ipse est hæres, & potest cum effectu actiones hæreditarias exercere; & n. 45. quòd filicus auferat hanc hæreditatem etiam in præjudicium filiorum ipsius homicidæ & n. 46. idem asserit in occidente illum, cui morientis occisor fuit substitutus; & n. 15. agit de marito occidente uxorem, vel è contra: & num. 33. ampliat dictam resolutionem, ut non solus non possit succedere occiso, sed etiam nec ejus hæredi, eum vide ibi, & in fragmentis, verb. Fiscus, ubi bene distinguit materiam indigni hæredis: & de occidente gravatum fideicommissum, quòd non succedat ei, latè Fusarius in substitutionibus, in tractatu de fideicommissis, quæst. 317. num. 18. & de homicida, quòd non succedat occiso, latè Barbofa in l. Si ab hostibus, §. final. Digest. soluto matrimonio: Matienzo in l. 1. tit. 8. lib. 5. glossa 3. num. 10. & Noguerol. allegatione 12. quæst. per totam: Cancercius variar. 1. part. cap. 6. n. 1. ubi de marito occidente uxorem; & numer. 5. & seqq. ubi alia: iterum nosster Gomezius in l. 80. Tauri, ex n. 64. & novissimè alios plures referens Thomas Sanchez in consiliis Moralibus, l. 4. cap. 1. dub. 38. n. 5. & 6. ubi quòd hæreditas hoc casu non amittitur ipso jure, sed per sententiam venit amittenda, nec antea teneri eam restituere; & in dub. 39. latè disputat an successor in majoratu occidens ejus possessorem, illud amittat: post Molinam de primogeniis, l. 1. c. 9. & nostrum Gomezium in l. 40. Tauri, & Cancercium 1. part. cap. 6. n. 7. Quid item in legatis dicendum sit disputat ipse Thomas Sanchez dist. dub. 38. ex n. 7. & vide quæ diximus supra, tom. 1. cap. 10. in Additione ad n. 30.

Ibi: Aide tamen, quod si essent alii cohæredes, &c.

Ius accrescendi in hoc casu an impediatur per filicum vide notata supra, tom. 1. cap. 10. in notatiis, ad n. 30. & Pichardum in §. si eadem res, Instit. de legatis, ex n. 58. & vide Farinacium dist. quæst. 120. ex num. 41. ubi laudat nostrum Gomezium contra alios, & Cancercium variar. 1. part. c. 6. n. 8.

Ad numerum 52. ibi: Ex breviter, & resolutivè dico, &c.

Homicidam nec immediatè, nec mediatè posse succedere occiso, & sic si maritus occidat uxorem sine causa, cui filius succedit, si postea filius decedat quòd non possit ei pater hæres esse; & similiter ob eandem rationem, si patri acquiri debet usufructus, vel alia commoditas, non poterit filius patri occiso succedere nisi sit emancipatus, vel pater renunciet usufructum, ita resolvit Gomezius hoc numero 3. & tenent Plaza in epitome delict. l. 1. cap. 10. num. 23. Peregrinus de jure sicut, lib. 2. tit. 3. num. 4. Baïardus ad Clarum, §. de homicidio, num. 58. Menochius consil. 557. ex num. 16. latè, & alii plures adducti à Farinacio quæstion. 120. num. 33. & 48. ubi laudat nostrum Gomezium hic, & quæstione 129. num. 95. Gratianus regul. 208. num. 5. Caldas verb. Sua facilitate num. 20. Molina de iustitia, tom. 1. disp. 178. num. 3. ubi num. 4. ait, contra Gomezium delictum patris impedimento non esse filio ut succedat matri, quamvis sit filiusfamilias; etenim eo eventu usufructus in bonis matris non ad patrem, cum indignus sit, sed ad filium pertinebit, absque eo quòd pater renunciet talem usufructum; & quod etiam approbare videtur Barbofa in leg. si ab hostibus, Digest. soluto matrimonio, §. finali, ex num. 23. omnino videndus.

Item de marito occidente uxorem adulteram vide Farinacium dist. quæst. 20. ex num. 57. Barbofam in d. l. si ab hostibus, §. fin. ff. soluto matrimonio, ex n. 41. Clarum §. homicidium, vers. Privatur etiam, Covarr. in 4. Decretal. 2. part. c. 7. §. 7. n. 7. & P. Thomam Sanchez in consiliis Moral. l. 4. cap. 1. dub. 38. n. 16. Caldas in l. si curatorem, §. sua facilitate, ex num. 11. Pichardum in §. fuerat, Instit. de action. num. 66. Gutierrez l. 2. Canonie, cap. 6. n. 40.

Ad numerum 53. ibi: In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.

Quòd hæres teneatur vindicare necem defuncti per viam juris intra quinquennium à die occisionis cognita, aliàs privetur hæreditate, & applicetur filico, præterquam si fit minor, vel filius occisoris, vel careat probatione, vel ignoret mortem violentam, vel à quo fuerit illata, resolvit Gomezius hic, & docent, latè explicant, Boslius in præf. tit. De his quibus ut indigni: Cancercius variar. 2. part. c. 1. n. 90. & 1. part. c. 6. num. 12. Plaza in epitome delictorum, c. 39. n. 23. & seqq. Clarus in præf. §. fin. quæst. 60. & eos referens, & laudans nostrum Gomezium, Farinacius q. 13. ex n. 7. ubi n. 9. addit quòd hæc pena recedit ab usu, & in fragment. verb. Fiscus, ex n. 47. Tufchius lit. E. conclus. 394. ex n. 33. & bene explicans Molina de iustitia, tom. 1. disp. 179. ex n. 5. Azevedus in l. 1. tit. 8. l. 5. Recop. ubi resolutio Gomezii stabilitur cum suis limitationibus, & additur, sceminas excusari à prædicta pena; & ibi Matienzo latè comprobans, Castillo de usufruct. cap. 40. n. 4. ubi quòd hæc pena non est in usu Morquecho in tract. de avisione bonorum, lib. 1. cap. 10. num. 15. ubi quòd hæc pena recedit ab aula & in cap. 6. l. 3. num. 93. & vide novissimè Narbonam de acie, anno 25. quæst. 44. ubi de minore. & quæst. 41.

Ad num. 54. ibi: In quo breviter, & resolutivè dico, &c.

Quòd in homicidio, vel quolibet alio delicto, in

in quo venit imponenda pena corporalis, licita sit transactio pro pretio, vel absque eo, ut hic resolvitur, docent latissimè explicant Corrasius, l. 2. Miscellan. cap. 1. Connanus commentar. l. 5. c. 7. Revardus variar. l. 4. c. 16. Plaza l. 1. delictor. c. 39. n. 1. Clarus §. fin. quæst. 58. ex n. 5. Fachin. l. 1. controvers. c. 8. & 9. Morla in emporio, 1. part. tit. 4. de transact. in præmissis, n. 47. & tit. 12. q. 9. n. 7. Barbofa in l. 2. Digest. soluto matrimonio. in principio, ex n. 104. Mantica de Tacitis conventionibus, l. 26. tit. 8. ex num. 23. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 45. & 46. & latissimè quamplurimos referens Castillo in tractatu de usufruct. c. 40. per tot. omnes casus declarans videndus omnino, Parladorus differet. 51. §. 2. Menochius casu 419. num. 53. Ouald. ad Donellum lib. 18. cap. 8. notatis, littera QQ. Villadiego in Politia, cap. 3. ex num. 183. Thomas Sanchez in consiliis Moralibus, lib. 6. cap. 4. dobio 1. ubi quòd tuta conscientia possit peti, & concedi hæc remissio, Farinacius latissimè q. 13. ubi qui preferantur in accusatione & remissione; & quæstione 14. ubi qui possint eam concedere; & quæst. 15. ubi de pace habita à minore, seu ejus tutore, & curatore, (de quo etiam latè Gutierrez de tuelis, & curat. 2. parte, cap. 1. ex num. 69. & cap. 6. numer. 23. & cap. 7. per totum, Vivius in communibus, verb. Pacem, & Joannes Matienzo Junior, in repetit. l. 1. de minoribus, num. 189. & Barbofa in l. 2. c. de pacis; Lara de Annivers. & Capell. l. 1. c. 13. ubi qui preferantur in pace concedenda; & alia; & quòd uxor secundo nubens non tenetur restituere, vel reservare filiis primi matrimonii quod accipit ex dicta remissione, licet post contractum secundum matrimonium non possit illam concedere; & an aliqua pars sit expendenda pro anima; latè etiam materiam explicat Barbofa in Collect. ad textum in l. transigere, C. de transact. ubi n. 8. declarat super quibus criminibus transigi potest Suarez allegat. 23. ex n. 22. Bohanus in Curia Philip. §. Accusator, n. 5. & §. Accusado, n. 10. ubi quòd spiritus esse capax accusationis & remissionis, de quo etiam Farinacius supra à Azevedus l. 2. tit. 10. l. 8. Recop. ex n. 130. Gutierrez in Authent. Sacramenta a pueris, num. 137. Parladorus differet. 51. §. 2. n. 8. Amaya lib. 1. observat. c. 6. n. 5. iterum Farinacius q. 5. n. 11. & seq. ubi de conditione non habitandi in loco, & aliis oppositi soluti; de quo etiam Amaya supra, & Cancercius 2. part. c. 11. num. 94. & quæst. 107. num. 262. Tufchius verb. Pax, & an prolis pax habita à filiis pro occisione matris commissa per patrem Clarus dist. quæst. 58. & ex acquisitis ob hanc transactionem filius, vel alius non tenetur solvere creditoribus hereditariis, vel restituere aliquid, Lara supra dist. c. 13. & an minor restituatur adversus pacem factam; Gratianus discept. c. 518. latè; Didacus Gomez Bayo q. 91. ubi quòd mater præferatur filiis in accusando, & remittendo, nec tenetur reservare filiis quod accepit, & de monacho, vel patre ejus aut filio interfecto, ad quem pertinet pacem facere; Thomas Sanchez de Religione, l. 6. c. 12. ex n. 33. vide etiam Noguerol allegat. 24. ex num. 14. ubi quòd transactio licite facta delicti confessionem non inducit, Cancercius variar. 2. part. c. 11. ex num. 62.

56 Ad num. 55. ibi: Non valet nec prodest transactio, &c.

57 Ad numerum 56. ibi: Hodie tamen in isto Regno, &c.

Et ibi: Tamen interim tanquam, &c.

De jure communi, & Regio Partitarum non obstante concordia & transacione posse aliam confanguineum, vel extraneum, vel ipsum Judicem procedere, & punire reum penà ordinaria, sed in praxi hoc non esse observandum resolvit Gomezius hiis duobus numeris, & ita tenent alii relati per Covarruv. l. 2. variar. c. 10. n. 5. & per Padillam in dist. l. transigere, C. de transacionibus, ex n. 50. Sed contrarium, imò quòd stante l. 2. tit. 1. part. 7. nec ad infantiam alterius accusatoris, nec judicis officio pena corporalis possit apponi post concordiam, seu transactionem legitime factam, probant Gregorius in dist. l. 22. & alii relati, & secuti à Padilla supra, l. transigere, & Molina de iustitia, tom. 4. disp. 47. num. 8. qui asserit eum esse sensum prædictæ legis, eum vide, & Avendan. c. 19. Prator, 2. part. ex n. 20. Cevallos quæst. 77. num. 4.

Ad num. 57. ibi: Advertendum tamen, &c.

Decisionem dist. legis 22. tit. 1. part. 7. non procedere in accusatore extraneo remittente, ut hic resolvitur, docent fetè omnes supra allegati in additione ad num. 54. & maxime Molina de iustitia, tom. 4. disp. 47. num. 8. & alios referens Farinacius quæst. 14. ex n. 19. cum seqq. ubi quòd pacem facere, pertinet ad confanguineos, & hæredes, & quo ordine, de quo etiam infra, vide Latream decis. Granatens. 27. num. 9. Cancercium variar. 2. part. c. 11. num. 62. & seqq.

Ad num. 58. ibi: Quando delictum principaliter, &c.

Dispositionem dist. legis 22. non procedere in delictis in rem commissis, sed in personam, hic resolvitur: sed vide Padillam in l. transigere, C. de transact. num. 34. Clarum quæst. 58. num. 6. & 10. & vide etiam Barbofam in collectan. ad l. transigere, C. de transact. num. 13. & seqq. ubi declarat, & Molinam de iustitia, tom. 4. disp. 46. num. 1. & disp. 47. num. 7. Gregorium in l. 4. tit. 18. part. 7. ubi an concordia possit fieri in delicto blasphemie?

Ad numerum 59. ibi: Si fuerit proditorie, vel elevatè, &c.

Reum condemnandum esse penà ordinarià si homicidium fuit commissum proditorie, vel cum aliqua alia simili qualitate, non obstante pace, seu concordia, ut hic resolvitur, docent Gregorius Lopez in dist. l. 22. tit. 1. part. 7. Padilla in l. transigere, C. de transact. numer. 48. Molina de iustitia, tom. 4. disp. 47. numer. 9. qui idem esse aiunt in quocumque alio crimine, quòd prudentes arbitrio sit adeo sedum, ac præjudiciale, ut Reipublicæ expediat non minori pena puniri, quàm capitis, ut in latrocinio commissio, grassando, & similibus, ex text. in l. 1. tit. 15. lib. 8. Recopilationis, & l. 2. ibid. vide Mastrillum de indulgent. general. cap. 28. per totum, & Cevallos quæst. 77. num. 5.

Ad numerum 90. ibi: Secus verò si jam bis relier, &c.

Concordiam seu transactionem non prodest si jam bis vel ter simile delictum commiserat, quòd fuit sibi remissum, vel transactione, seu indulgentia Principis, vel ob insignem peritiam artis, vel alia simili causa, ut hic resolvitur, comprobant Clarus in §. fin. quæst. 59. num. 9. Menochius de arbitrariis, casu 203. n. 72. Franchis decis. 230. n. 3. & 6. Gutierrez Canoniarum l. 2. cap. 15. Caldas in l. si curatorem, §. Vel adversarii dolo, n. 51. Covarruv. l. 2. variar. c. 10. n. 2. Farinacius consil. 3. n. 11. & seq. & quæst. 2. n. 12. & quæst. 23. per



per totam, Azeved. in l. 2. tit. 2 §. 1. 8. Recop. n. 13. & 16. Tiraquell. in l. bores. §. Hoc sermo n. 7. & in specie Molina alios referens, de iust. tom. 4. disp. 47. num. 9. quem videas.

Et similiter venia Principis impetrata, non facit mentione de iterato crimine, nulla est; ex Farinacio quæst. 6. n. 49. & dicit. consil. 3. ubi latè Tuschus l. i. r. a. S. conclus. 730. & aliis congestis à Cenedo in Collect. 34. ad Decretales, n. 4. & à Barbosa in Collect. ad l. 3. C. De Episcopali audientia, n. 13. & Molina de iustitia, tom. 4. disput. 47. numer. 9. vers. Quando item, &c.

62

Ad numerum 61. ibi: Sed ego resolutivo dico, & tenet, &c.

Omnes consanguineos in eodem gradu existentes intra quartum, debere remittere, & pacem, & concordiam facere, ut valeat, & docet Gomezius, & tenent plures relati à Farinacio quæstione 14. numer. 4. & Morla in emporio, tit. 1. quæst. 14. ubi contrariis satisfacit, & cum ea transire videtur Barbosa in Collectanea l. transigere, C. de transact. numer. 19. Ipse tamen Farinacius ubi supra, contrariam tuetur, imò majorem partem sufficere, plures Doctores pro ea referens num. 1. & 5. quem omnino videas; & Cancerrum variarum 2. part. c. 11. num. 70. ubi laudat nostrum Gomezium.

63

Ad numerum 62. ibi: Sed teneo contrarium, &c.

Etiam hæredes occisi posse facere dictam transactionem absque metu pœnæ, ut hic resolvitur tradunt relati à Farinacio quæst. 13. n. 7. Molina de iustitia, tom. 4. dicit. disp. 47. n. 10. cum enim faciant lege permittente pœnam timere non debent, ob non vindicatem necem defuncti; vide etiam Noguerol. allegat. 13. numer. 16. ubi quod querela, & remissio pertinet hæredi, & non substituto, post Bayardum ac Clarum §. fin. quæst. 79. num. 17. Cancerrum supra.

64

Ad numerum 63. ibi: Et serò articulo est discutit, &c.

Et ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Omnes hæredes debere remittere, & concordiam facere, si plures sint, ut hic resolvitur docent Morla supra, dicit. tit. 1. quæst. 14. ubi contrariis satisfacit, Plaza in epitome delictorum, cap. 46. n. 7. ubi hanc fundat, licet eam num omnino sequatur, Clarus quæst. 8. vers. F. ex parte s. let dubitari, Cevallos quæst. 77. numer. 1. & alii apud Farinacium dicit. quæst. 14. n. 14. ipse tamen contrarium, imò majorem partem sufficere, defendit; vide etiam Cancerrum variarum 2. part. c. 11. n. 69. & seq. ubi nostrum Gomezium sequitur.

65

Ad num. 64. ibi: Et breviter dico, &c.

Hæredes extraneos esse preferendos si concurrant cum consanguineis in transactione, & pace faciendâ docuerunt Padilla in l. transigere, C. de transact. num. 59. & Cevallos quæst. 77. num. 2. Clarus q. 58. vers. Quæro nunc: ubi subdit, tutius esse ab utrisque pacem habere, Richardus repetitione tit. Dig. de legatis, c. 11. n. 7. ubi ampliat in seruo hærede qui potest remittere, & alii relati à Castillo de usufructu, c. 40. n. 6. Sed contrarium defendit Farinacius quæst. 14. n. 23. & 24. imò consanguineum esse præferendum, vide Molina de iustitia, tom. 4. disput. 45. numer. 7. ubi laudat nostrum Gomezium.

66

Ad num. 65. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Fœminam, prosequendo suam, vel suorum injuriam, posse accusare, & facere pacem ut hic resolvitur, docent Plaza in epitome delict. cap. 46.

n. 11. & seqq. Virius communium, verb. Statutum disponit quod bannitus, &c. Boffius in pract. rit. de pace: n. 8. Clarus q. 58. vers. Sed si tutor & alii plures in unum congesti à Farinacio quæst. 14. ex num. 25. nisi num. 16. & 27. probat dictam resolutionem procedere etiam si fœmina non sit hæres, sed tantum consanguinea, vel addit statutum removens fœminas dotatas à successione, & etiam si ad sint consanguinei masculi, dummodo non sint proximiores.

ibi Imò quod major est, &c. Uxorem esse præferendam in accusando, & remittendo, consanguineis, & etiam filiis, probant latè Plaza in epitome delictorum, cap. 45. n. 1. & seq. Padilla in l. transigere, C. de transact. n. 57. Clarus in §. fin. q. 14. n. 8. ubi Baiardus, Boënius, decif. 233. Paz in praxi, tom. 1. part. 5. c. 5. num. 14. & seqq. Flores de Mena lib. 1. quæst. 7. per totam, Cevallos quæst. 77. in fine, Bolan. in Curia Philip. §. Accusator, num. 8. Villadiego in Politico, c. 3. n. 150. & seqq. Lata de Aniverf. lib. 1. cap. 13. & alii penes ipsos & apud Cancerrum variarum 2. parte: c. 11. ex num. 71. ubi etiam quod si secundo nubat, amittit hoc jus quamvis Farinacius in dicit. quæst. 13. num. 15. dicit se dubitare de hoc nempe quod præferatur filiis; ubi etiam addit quod vir præferatur propriis filiis in faciendâ pacem super morte uxoris, cum Deciano, & Joseph Ludovico, vide etiam Castillo in tractat. de usufructu, c. 40. num. 18. ubi quod uxor & filii simul admittantur.

Quid autem si vir uxorem occidat, quod non sufficit remissio filiis communis, docet latè Molina de iustitia tom. 4. disput. 45. numer. 5. Clarus quæst. 58. num. 31.

Ad num. 66. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Minorem posse concordiam, & pacem facere, quando ei competit secundum prædicta, si sit adultus cum autoritate curatoris, & si sit impubes tutor ejus solus, etiam sine decreto Judicis, & spe restitutionis ut hic resolvitur, docent Clarus in q. 58. post Padillam in l. transigere, C. de transact. n. 64. & alii quamplurimi in unum congesti à Farinacio q. 15. per totam; ubi ampliat, limitat, & declarat latissimè & diffusimè probat, decretum Judicis non requiri in prædicta remissione, nec alias solemnitates, etiam si à statuto requirantur; similiter cum multis probat, num. 89. quod hoc casu non concedatur restitutio minori & alia, & in conf. 41. n. 4. Fachinæus l. 9. controverf. cap. 41. Azevedus in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. n. 144. ubi consulit quod talis remissio autoritate fiat Judicis, Barbosa in collect. l. 22. C. de part. n. 10. ubi laudat nostrum Gomezium in presenti, latè Gutierrez in tract. de tutel. 2. part. c. 1. ex n. 69. & c. 6. n. 23. & c. 7. per tot. ubi n. 6. probat decretum Judicis requiri; & in Auth. Sacramenta puerorum, n. 138. Cancerrus variarum 2. part. c. 11. n. 11. Fachinæus lib. 9. controverf. cap. 43. & 44. Sardus decif. 99. n. 19. Matienzo Junior. in repetit. l. 1. Digest. de minoribus, n. 150. ubi etiam addit cum Farinacio supra, quod pax à minore, adulto, vel impubere doli capace facta, & juramento confirmata, autoritate curatoris non indiget, vide etiam Molinam de iustitia, tom. 4. disput. 45. num. 6. ubi quod non requiritur decretum Judicis.

Ad num. 67. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Spurium posse accusare, & facere concordiam & pacem pro morte patris, ut hic resolvitur, docent, & probant Decianus part. 1. lib. 3. c. 5. n. 12. Plaza in epitome delictorum, lib. 1. cap. 41. Clarus quæst.

67

68

quæst. 58. ubi etiam addit tanquam verius, etiam natos ex damnato coitu posse accusare, & remittere mortem matris, & Molina de iustitia, tom. 4. disp. 45. num. 11. qui alio modo vult declarare resolutionem Gomezii & omnium latissimè Farinacius quæst. 13. ex num. 51. usque ad 75. ubi postquam declaravit species filiorum illegitimorum, & qui dicantur spurii; tandem docet, quod spurii etiam nati ex damnato coitu, & sic adulterini, vel incestuosi, vel nati ex personis, inter quas non poterat esse matrimonium, si patrem certum non habent, vel eum non nominant, eum vide latè materiam explicantem per novem conclusiones.

Ad n. 68. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Pacem factam cum vulnerato super vulnere comprehendere etiam mortem postea securam, si valens erat mortale, & ex eo mors verisimiliter sperabatur, securus alia, ut hic resolvitur, docent Plaza in epitome delict. cap. 12. num. 15. Octavius Vulpel. in tract. de pace, q. 21. & 22. Clarus quæst. 58. & ad eum Baiardus in quæst. 28. n. 5. t. ubi ampliat, quod non solum procedit quando expressè sit mentio de morte, sed etiam quando aliquo modo deprehendi potest, quod pacificentes mortis causam præcogitaverunt, tunc enim quamvis vulnus non sit mortale, præsumitur mors remissa, & latissimè explicans Farinacius q. 14. ex n. 29. usque ad 31. quem videas, ubi num. 31. addit, quod si vulneratus non dedisset pacem expressè de morte, sed constituit se procuratorem ad eam faciendam in casu mortis, talis procurator poterit virtute mandati eam facere, etiam post mortem vulnerati, nec mandatum hoc casu morte mandantis extinguitur etiam in integra.

Ad numerum 69. ibi: Et resolutivo dico, &c.

Ante sententiam, vel etiam post eam, si sumus intra terminum ad appellandum, posse concordiam, & pacem fieri, ut hic resolvitur, docent Gregor. Lopez in l. 22. tit. 1. part. 7. Padilla in l. transigere, C. de transactionibus, ex v. 40. & ferè omnes citati supra in Annotat. ad num. 54. & Molina de iustitia, tom. 4. disp. 46. num. 19. ubi etiam addit quod si in absentia rei, vulgo En rebeldía, lata sit sententia, ita ut reus postea comparens audiri adhuc debeat, valida erit transactio, Gutierrez de juramento confirmat. 3. part. 4. num. 3. ubi alia: & quid si confirmetur juramento transactio facta post sententiam que transit in rem judicatam? vide etiam Farinacium quæst. 56. n. 20.

Ad n. 70. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Etiam post sententiam, dummodo non transierit in rem judicatam, fieri posse transactionem & etiam pendente appellatione fieri posse pacem & concordiam, ut hic resolvitur, docent citati supra, num. præcedenti, & Farinacius consil. 30. num. 89. l. 1.

Item an possit Judex inducere, vel compellere partes ad concordiam? vide Thom. Sanchez in consil. lib. 6. cap. 1. dub. 25.

Ad n. 70. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Etiam post sententiam, dummodo non transierit in rem judicatam, fieri posse transactionem & etiam pendente appellatione fieri posse pacem & concordiam, ut hic resolvitur, docent citati supra, num. præcedenti, & Farinacius consil. 30. num. 89. l. 1.

Item an possit Judex inducere, vel compellere partes ad concordiam? vide Thom. Sanchez in consil. lib. 6. cap. 1. dub. 25.

Ad n. 70. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Ad n. 70. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Quinto, & principaliter dico quod aliud est Crimen publicum violentiæ: pro cuius cuius perfectâ declaratione, & resolutione, & dico quod aliquando quis committit, vel infert violentiam in alium, cum armis auferendo sibi bona, vel à possessione aliqua expellendo, vel inferendo sibi vim, licet adversarij suo possit vincere, & de prædari, nec delictum ad effectum perducere, vel extorsionem facere illum opprimendo, ut pecuniam, rem, vel quid aliud sibi daret, vel contractum, & obligationem faceret, vel quid simile; nam iste talis committit crimen violentiæ, & punitur pœnâ deportationis, & confiscationis omnium bonorum, text. est in l. 1. & per totum, ff. ad l. Jul. de vi, & ibi Gloss. ordinaria Barr. Alb. Ang. & communiter Doctor. text. in l. 1. & per totum, C. eod. tit. & ibi Gloss. ordinaria, Odof. Pet. Cyn. Jacob. Butr. Bald. Salyc. & communiter Doctores text. in §. item lex Julia, de vi, Instit. de publ. jud. & ibi Gloss. ordinaria Faber. Ang. Platea, & communiter Doct. idem disponit l. 8. tit. 10. 7. part. & ista eadem pœna, habet etiam locum quâdo convocat amicos vel homines causâ seditionis, & violentiæ committendâ; ita probat prædicta jura maxime text. in l. 3. ff. ad l. Jul. de vi, & idem disponit l. 2. tit. 10. 7. part. Idem adde, quod si in ipso actû violentiæ aliquis homo sit interfectus, vel ex parte ejus, qui violentiam paritur, tenetur pœnâ mortis ipse principalis auctor, & aggressor violentiæ, text. est notabilis in l. quamvis multi faci. oras, C. ad l. Jul. de vi, & ibi Gloss. ordinaria & communis opinio, & idem disponit prædicta l. 2. tit. 10. 7. part. & l. 8. eod. tit. & part. Aliquando, & secundo committit, vel infert quis in alium violentiam in casibus prædictis sine armis, & tunc etiam committit crimen publicum violentiæ, & punitur pœnâ confiscationis tertie partis bonorum, & utrobique casu scilicet superiori, & isto efficitur infamis, textus est in l. 1. ff. ad l. Jul. de vi privata, textus in l. 2. C. eod. tit. text. in d. §. item l. Jul. de vi, Instit. de publ. jud. & utrobique communiter Doctor. & idem disponit prædicta l. 8. tit. 10. 7. part. Aliquando, & tertio committit, a vel infert quis in alium violentiam cum armis, vel sine armis, auferendo sibi aliam rem mobilem vel immobilem propria auctoritate, & tunc incidit in pœnam leg. 5. si quis in ransam, C. unde vi, modò sit res propria invaloris, modò alterius, & modò credat sibi de jure licere, modò non: ita tenet & declarat Gloss. ordinaria, Odof. Pet. Cyn. Jacob. Butr. Barr. Alb. Barr. Ang. Salyc. & communiter DD. de quo articulo vide latius, & notabiliter ea quæ dixi in l. 45. Tami, in interdico adipsenda possessionis.

Casus in quo crimetur violentia.

Pœna violentiæ.

Casus 2.

Casus 3.

Casus 4.

Casus 5.

Casus 6.

CAPUT IV.

De Violentia.

SUMMARI A.

Quibus modis committat quis violentiam, & quâ pœnâ puniatur.

Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.



Casus 7. Aliquando, & septimo committit quis in alium violentiam, quando est creditor alterius in re, vel pecunia, & eam auferat, tollit sibi per vim, nam tali casu amittit debitum suum, & extus est singularis in l. extat. ff. quod metus cause, text. in l. penult. ff. ad l. Jul. de privat. & disponit l. 1. s. tit. 10. 7. part. Aliquando etiam & octavo committit quis in alium violentiam, quando post litem contestatam in causa finium regundorum, occupat aliquam partem fundi alterius propria auctoritate, & ibi ponit consilia, quia amittit illam partem, & tantundem de suo tenetur dare ad verlaro, textus est in l. si corruerit. C. finium regundorum. Item adde pro complemento prædictorum, quod si ratione, & occasione violentie commissa amittit quis aliqua bona, potest extimationem consequi ab invalore, super quo statuit iuramento ejus, textus est singularis de jure civili in l. si quando, C. unde vi, text. de jure Canonico in cap. fin. quod metus causa, & utrobique cum muniter Doctores, & idem disponit l. 9. tit. 10. 7. part.

Sexto principaliter dico, quod aliud est crimen publicum falsi, de quo magistraliter dixi in fin. in legibus Tauri, ubi omnino vide.

ANNOTATIONES.

Committit vel infert quis in alium Videto hac de materia Didac à Covarruv. l. 3. resolut. c. 16. n. 7. pag. 448 & in tract. de spons. 2. part. c. 6. §. 8. de iur. Jur. Clar. in Prag. 8. ult. q. 8. vers. vim publicam. Aliquando & sexto, quis committit. Est in hac materia commemorabile Hatm. dogm. lib. 10. cap. 5. dicitur à duo, inquit enim, ut ex libris manuscriptis totus locus hic restitui, atque expleri debet: dicitur à duo, quod non est nisi in materia de spons. 2. part. c. 6. §. 8. de iur. Jur. Clar. in Prag. 8. ult. q. 8. vers. vim publicam. Hoc est, si quis vi, vel rapinâ in principio aliquid nactus est, quamvis postea illud à vero domino emerit aut donationis permutationisve titulo consequatur, nihil joratur nec contractus valet, videtur enim illius dominus adhuc vi cogi, & jacturâ ipsius rei, & imbecillitate habet, & si non parum reluctetur l. 2. §. l. si per vim, C. de iis qui spe metus, nisi species horum jarium distinguere, & quadam non admodum probabili, etsi forsitan, tum æqua, tum utilitati publicæ consentanea varietate ad concordiam lubeat reducere, ut scilicet Harmenop. loquatur, cum res apud raptorem, seu vis illatorum semper fuit illi text. loquatur cum vis vis ipsum dominum reperitur, poterit etiam non incommode forsitan intelligi Harmenop. sententia, cum rei dominum latebit, qui ipsi rem, de qua contractus innotuit, surreperit ac possideat, videatur enim tunc & jactura ipsa atque infortunio, & difficultate ad celebrandum contractum adigi.

ADDITIONES. CAPUT IV.

De Violentia.

SUMMARIUM.

- 1. Doctores referuntur de hac materia tractantes.
2. De violentia cum armis, & seditione. De auferente rem propriam, vel alienam propria auctoritate, ad l. si quis in tantam, Cod. unde vi.

De auferente per vim bona altera. De auferente ab alio possessionem propria auctoritate. De contractu per vim, vel nectum celebrato. De creditore qui auferit per vim rem sibi debitam. In casu violentia, ea probata statuit iuramento vim passus super estimatione damnorum. An liceat vassallis non recipere in oppido, aut civitate Dominum venientem e loco peste infesto, vel suspecto?

Materia violentie explicat Tiberius Decianus 2. tom. lit. 8. ex cap. 1. 16 & 18. Menochius de adipiscenda possess. remedio 5. Donellus libro. 15. comment. cap. 30. & segg. Petrus Gregor. in Syntagm. lib. 36. cap. 25. & segg. & lib. 37. cap. 1. n. 14. Daureus lib. disp. cap. 22. Socynus regul. 34. 52. 292. 360. & 432. iterum Menochius de recuperanda poss. in prædictis ex numer. 37. & remedio 5. & 9. Bernardus Diaz. in reg. 7. 9. Covarruv. lib. 3. variat. cap. 16. num. 7. Gutierrez lib. 1. pract. quest. 77. & in Canonicis, cap. 34. n. 90. Sylvester verb. Rapina, Bossius in pract. in tit. de pluribus violentis, & bene declarans Cabal. resolut. criminal. casu 90. & 95. Molina de justitia, tom. 3. disp. 182. & seg. ubi latè Tulchus licet. V. cor. l. 214 Gregorius Lopez 100 tit. 10. part. 7. Menochius casu 394. Fachinaus l. 9. contravers. c. 102. & litr. 10. cap. 5. Mogollon in tract. De his que vi; Barbofa in Collect. c. 7. de his que vi, Farinacius quest. 175. per totam, & vide conclus. 49. post opera Rodrici Suarez & Pichardus in rub. & per tot. tit. Insti. Vi bonorum rapt. ubi in princip. ex n. 13. explicat quæ vis sit publica, quæ privata, & in §. Item lex Julia de vi, Insti. De publicis judiciis, & manducl. 3. p. §. 4. n. 124. Salgado de procl. 1. p. cap. 1. Pralud. 4. ubi refert species violentie.

Ad num. 4. ubi Aliquando quis committit, & infert violentiam, &c.

Committens violentiam cum armis, licet delictum ad effectum non perducatur, & convocans amicos causâ seditionis, & violentie committendæ incurrit penam deportationis, & confiscationis bonorum; & si homicidium interveniat ex una aut altera parte, penam mortis; ita resolvit Gomezius, & comprobant Gregorius in lib. 8. tit. 10. part. 7. Menochius de arbitrariis, casu 394. & ante eum Bossius in pract. tit. de pluribus violentis. Decianus lib. 8. c. 16. & segg. Clarus in §. fin. quest. 83. Azevedus in l. 1. & 6. tit. 12. l. 8. Recopil. & Pradilla de legi. penali, 1. part. cap. 38. & bene Molina de justitia, tom. 3. disp. 681. ex numer. 11. ubi num. 11. cum Gregorio supra, ait penam deportationis hoste non esse in usu, & consequenter locum etiam non habere confiscationem omnium bonorum, quæ de jure communi in consequentiam deportationis locum habebat, indeque hodie committens vim publicam, sive privatam, ex generali consuetudine puniri penâ arbitraria; eum vide, & Covar. in c. 16. l. variat. n. 7. & Pichardus in §. Item lex Julia, insti. de publicis judiciis, ex n. 7. & vide supra, c. 15. tom. 2. n. 19. vers. Nostriam Gomezium, &c.

Ibi: Aliquando, & secundo, &c. Vide supra relatos maxime Molinam, & Pichardum. Ibi: Aliquando, & tertio, &c. Aufe-

Auferens alteri rem propriam, vel alienam propria auctoritate, quod incidat in penam l. Si quis in tantam, C. unde vi, hic resolvitur, comprobant latè explicantes, Menochius de recuperanda possess. remedio 9. ex n. 204. & per tot. & remed. 1. num. 312. & remed. 5. n. 40. ubi an si creditor occupet propria auctoritate rem fidejussoris amittat debitum? A. Gabriel in suis communibus tit. de acqui. & amit. possess. conclus. 1. ex n. 38. Socynus reg. 34. Gregorius in l. 10. & 11. tit. 10. part. 7. & in l. 13. ibid. Osualdus ad Donellum l. 15. cap. 10. metas hier. B. & in cap. 31. lit. E. & segg. l. 17. cap. 2. littera A, Philippus Portius in regul. 38. lib. 1. Castillo in l. 45. Tauri, in princip. & verb. Le ayon dado la possessiõ, Avendaño in cap. 4. Pratorum, numer. 11. Menochius casu 194. n. 17. an excuset rusticitas? Caldas in l. si curatorem, §. Cum non absimilis, ex numer. 44. & §. Vel advesarii dolo, ubi quid in minore? Quædam in suis quaestibus, cap. 14. Sarmiento libro 2. selectarum, cap. 13. numero 7. Pichardus in §. Item is, Insti. Quibus modis re contrahitur obligatio n. 27. ubi de commodante ejiciente commodatarium; & §. Ita tamen, Insti. Vi bonorum raptorum, ex numer. 48. & §. Item lex Julia, insti. De publicis judiciis, Gratianus in regul. 49. Barbofa latissimè in l. Si mora, Digest. soluto matrimonio, numer. 18. & seg. alter Barbofa in Collectanea, cap. 1. De dolo & contumacia, Gutierrez lib. 1. practiarum, questione 77. ubi quid dicta pena recessit ab usu, Farinacius quest. 24. num. 5. & sequentibus, ubi de filio occupante propria auctoritate bona adventitia; & quest. 90. numer. 33. ubi an causa injusta excuset? & quest. 92. num. 114. & sequentibus, ubi an excuset minor ætas? & questio. 174. ex numer. 44. & questio. 175. per totam, ubi latissimè materia explicat per ampliationes, & limitationes, & in fragmentis, littera A, numer. 253. & sequentibus, & consil. 4. Pradilla de leg. penali, 2. part. cap. 46. Molina de justitia, tom. 3. disputati. ne 682. qui ferè omnes aiunt penam dictæ legis abalua recessisse, Caneerius variat. 1. part. cap. 10. ex numer. 3. latissimè ante omnes amplians, & declarat; & n. 95. an locator possit expellere conductorem propria auctoritate finita locatione? de quo etiam Parladorius l. 2. quotid. cap. 6. num. 3.

Ibi: Aliquando & quarto, &c.

Auferens per vim bona aliena, tenetur penam quadrupli infra annum, post annum in simplum; ita docet Gomezius, & comprobant ex notissimis principiis, Gregorius per textum ibi in l. 3. tit. 15. part. 7. Menochius de adipiscenda possess. in prædictis, n. 37. & 40. & remedio 5. & 9. Decianus lib. 8. cap. 1. cap. 16. & 18. Donellus l. 15. cap. 30. Petrus Gregorius lib. 37. in Syntagmate, cap. 1. num. 14. & Pichardus in principio Insti. Vi bonorum raptorum, ex numer. 2. ubi num. 3. & 20. agit quid si res communis subripiatur, vide etiam Azevedum in l. 1. tit. 12. lib. 8. Recopilationis, & reliquos supra citatos in principio hujus numeri, ex quibus dictam penam antiquat colliges.

Ibi: Aliquando, & quinto, &c.

De auferente ab alio possessionem propria auctoritate, vide latissimè Antonium Gabriel in titulo de acquirenda, vel amittenda possessione, conclusione 1. quasi per totam, Gregorium in l. 10. tit. 10. part. 7. Menochium de recuperanda possess. remedio 9. per totum; & vide relatos supra, Ant. Gomez Variat. Resol. Tom. I II.

in vers. Aliquando, & tertio, & Azevedum latè in l. 1. tit. 13. lib. 4. Recopilationis, Pradillam de lege penali, 2. part. cap. 46. ubi pecnas omni jure impostas adducit, & Farinacium quest. 175. per totam.

Ibi: Aliquando, & sexto, &c.

Contractus venditionis, donationis, vel alius, ad quem aliquis fuit compulsus, quod valeat metro jure, sed debeat rescindi, ut hic resolvitur, docent latissimè materiam explicantes Gregorius in l. 56. tit. 5. part. 5. Pradilla in l. interpositas, num. 4. C. de transacionibus, Gutierrez de matrimonio, cap. 76. ex numer. 2. Barbofa in rubri. Digest. soluto matrimonio 4. part. n. 28. Petrus Gregorius in Syntag. lib. 20. cap. 2. num. 3. & lib. 36. cap. 25. num. 10. Avendaño in tit. De exceptionibus, numer. 31. & 32. ubi etiam de compulsione Judicis; Scaccia de commerciis, §. 1. quest. 7. part. 2. ampliatione. 10. num. 11. & ampliatione. 19. ex numer. 67. Tulchus littera A, conclus. 221. & 222. Pichardus in §. Item alio, 27. num. 15. 27. 32. & 42. & in §. actionum. 28. Insti. De actionibus, ex numer. 24. defendens bonæ fidei contractus ipso jure rescindi, & Cavallos quest. 604. ex numer. 3. Castillo quotidianarum lib. 3. cap. 1. num. 141. & 147. & quali per totum, Barbofa in Collectanea, cap. 2. De iis que vi num. 5. & per totum titulum, ubi varios casus enumerat, & exornat, Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 4. disp. 8. optimè materiam explicans, & per totum librum omnino vendendus, & ferè infinitos referens, & eam exornans, & declaratans Hermolla in Amortationibus ad leg. 6. tit. 5. part. 5. ubi de omni metu, & omni contractu cum iuramento, vel abque eo celebrato per metum vide etiam Farinacium in fragmentis, verb. Metus; Parejam de instrumentorum editione, tit. 1. resolut. 2. §. 2. num. 71. Nogueroal. allegatione. 29. ubi ex numer. 109. probat, quod actio, Quod metus causa, habet locum contra Tertium post Thomam Sanchez supra, & alios; & quod factus sint restituendi; & Carlevalium de judiciis, tom. 1. disp. 2. ex numer. 1014. ubi etiam agit de prorogatione jurisdictionis metu facta.

Ibi: Aliquando, & septimo, &c.

Creditorum per vim auferentem rem sibi debitam, debitum amittere, ut hic resolvit Gomezius, comprobant latè explicantes, Gregorius in l. 14. tit. 10. part. 7. Menochius de recuperanda possess. remedio 9. Antonius Gabriel in titulo de acquirenda, vel amittenda possessione conclusionem 1. ex numer. 38. Covarruvias lib. 3. variatum, cap. 6. numer. 7. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 13. numer. 7. Gutierrez lib. 1. practiarum, questione 77. ubi rigor dictæ penæ non est in usu, & latissimè amplians, & limitans Farinacius questione 175. ex numer. 149. ubi numer. 158. cum Menochio de recuperanda possess. remedio 5. numer. 23. docet quod creditor sub conditione, ante ejus eventum rem debitam occupans amittit eam: multo magis, & numero 159. iterum ampliat, etiam si creditor auferat debitori suo rem alterius ab eo bona fide possessam, adhuc enim amittit debitum; & numero 160. limitat, quando debitor esset in fuga, tunc enim licet creditor rem sibi debitam, vel obligatam auferre, cum qua fugit: vide eum, quia latissimè dictam resolutionem explicat usque ad numerum 173.

Ibi: Item adde pro complemento.

Quod probatâ violentia debeat dari iuramento R 4 vin-